

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Cotton Mather.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 19.12.1714

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-14848

Viro maxime Reuerendo atque Amplissimo
D. OTTONO MATHERO,
Ecclesie Christi Bostonensis in America Ministro fidissimo
Augustus Hermannus Franckius
vberissimam in Christo salutem dicit.

Litteras Tuas, die 10. Ianuarii anni 1712^{mi} ex India Occi-
dentali ad me datas, vna cum adiunctis libellis et nummo aureo
ad d. 1. Aprilis 1713. rectissime accepi: illa autem, quas die 28.
Maii 1711. abs Te missas esse, scribis, ac quarum exemplum istis
includeras, mihi nondum sunt reddita. Sane ingenti me gau-
dio adfecerunt vna ista littera Tua, tum propter donum, ex tam re-
motis regionibus præter omnem spem atque opinionem meam Or-
phanotropheo nostro oblatum, librosque mihi destinatos, tum præ-
cipue eam ob causam, quod inter eos, quibus causa Dei his tem-
poribus cura cordique est (quorum multos per diuinam gratiam
noui) et Te esse intellexi. Quod ipsum partim libris, ad pro-
mouendam Christi cognitionem abs Te conscriptis, perspexi, par-
tim ex sanctiore voluptate, quam ex institutionum nostrorum, ead-
emdem finem spectantium, delineatione Te cepisse, verbis plus
nobis narras, non immerito iudicavi. Hinc factum est, vt com-
pellatio Tua, qua in alicuius libelli præfatione ad indefessam
Operis Dei continuationem me cohortaris, in primis autem præ-
ces piaque vota, que pro me meisque collegis ac Orphanotropheo
nostro litteris Tuis nuncupasti, queque quotidie abs Te pro nobis
ad Deum fieri adfirmas, animum meum meorumque collegarum
ad laudandam inenarrabilem celestis Patris bonitatem mirifice
excitarunt. Pro quo diuino beneficio, et quod istam Tibi mentem

indidit, Ipsi iterum iterumque gratias ago, et ut eandem mentem
 Tibi perpetuam esse iubeat, atque in amplificando illuc etiam locorum
 Christi regno in dies magis magisque defigat, ex animo precor. Quam
 iucunde igitur Tua mihi fuerunt littera, tam vehementer doleo
 quod pro eo, ac debui, illis respondere adhuc haud potuerim. Tanta
 nimirum negotiorum multitudo, (quod vere adfirmare possum,
 adhuc distentus fui distineoque, ut, nisi Deus Optimus Maximus
 sua me singulari gratia suffulciret confirmaretque, succumbendum
 mihi iam pridem fuerit. Neque in laborum meorum perfunctio-
 ne, in primis etiam in responsionibus ad amicorum epistolas, ali-
 ter mihi usu venire solet ac torrenti, qui ea, quae in strepitu sibi potissi-
 mum obuia habet, secum rapit, cetera ^{autem} suo loco immota ac intacta
 relinquit. Hinc praeter destinationem meam fit quam saepissime, et
 eorum, quos alioqui carissimos habeo, epistolis sero respondeam:
 quot idem et Tuis, Vir maxime Reuerende, litteris accidit. Quam
 obrem Te maiorem in modum rogo atque obtestor, ut pro beneuolen-
 tia quo es in me, animo diuturniori silentio meo ignoscere, et hanc
 raram responsionem meliorem in partem interpretari haud dedigneris.
 Ut autem tarditatem meam quodammodo compensem, de statu
 nem nostrorum praesenti, quippe quem Te scire velle, facile inte-
 ligo, paullo fusius scribam, illudque Tibi me gratissimum facturum
 plane persuasus sum.

Miraberis, scio, Vir maxime Reuerende, laudabisque de nouo
 mam Dei providentiam, ubi ex iis, quae consequentur, cognoueris
 quod Instituta nostra in longe ampliores statum deducta sint, quae
 in quo tum temporis fuerunt, cum libellus Vestigia adhuc viventis
Dei inscriptus, ab interprete autem Pl. Reu. Antonio Guilielmo
Boehmio Pietas Hallensis dictus lingua Anglicana in lucem exiit.
 Quod enim primum ad Orphanotropheum attinet, in hoc ipso, ut
 ut ex praefatione dicti libelli epitoma (Anglice Abstract) promissa
 paret, trecenti et sexaginta homines eo tempore victu fructi sunt
 vero eorum numerus ultra centum ad auctus est, quibus et panis
 dium et coena quotidie paratur. Sunt nimirum hodie cen-
 tum pueri orphani, puella triginta, tirones in officina typographica

ca, libraria, pharmaceutica cum famulis ancillisque, oeconomis
 ministrantibus, viginti quatuor, quibus omnibus prater prandium et
 coenam ientaculum quoque et amictus necessarius porrigitur. Cae-
 seri conuictores sunt partim Theologiae Studiosi, partim etiam scho-
 lares, qui scholas Orphanotrophei frequentant. Ex his centum et quin-
 quaginta Theologiae Studiosos Ordinarios conuictores dicimus, quod
 cum in conuictum recipiuntur, certus ipsis locus in mensis assignetur,
 ea quidem lege, ut ad testandum gratum animum singulis diebus
 duas quisque horas vel iuuentutem in scholis nostris doceant, vel
 sermones publice habitos, aliaque, ad publicam utilitatem spectantia,
 describant. Ex his duodecim sumuntur Anglicanis huc usque alun-
 tur, quos Annam, Magna Britannia Reginam, gloriosissima
 memoria, suppeditasse, post ipsius obitum demum reperimus.
 Pro hoc autem beneficio ad discendam docendamque linguam Angli-
 canam et vertendos libros Anglicanos in nostram Germanicam,
 et Germanicos in vestram Anglicanam, obligati sunt. Unde iste con-
 victus et societas nomen Mensis Anglicani sortita est. Reliqui Theo-
 logiae Studiosi et scholares Extraordinarii appellantur, qui circa mens-
 diem paullo vilioribus, quam isti, ad explendam tamen famem suf-
 ficientibus, cibis pascuntur. Horum in numero non uidem quotidie
 sunt, sed illi duntaxat, qui, cum in Orphanotropheo prandere uolunt,
 hora matutina septima nomina sua certo Theologiae Candidato pro-
 fitentur, id quod omnibus omnino Theologiae Studiis, nisi quis for-
 te mala fama sit, licitum est. Unoquoque autem die pro centum
 et quadraginta quatuor victus paratur: quem numerum qui exce-
 dunt, inter primos sequentis diei conuictores referuntur. Ita fit,
 ut pauperes quique, si non omnibus, plenisque tamen, diebus
 prandium, idque profus gratuitum, habeant. Pro hoc ipso enim
 hi conuictores extraordinarii ad nullum plane officium pro-
 standum obstricti sunt. Sub vesperam ex uisdem Theologiae Stud-
 iis quadraginta quatuor, ex scholaribus autem centum ad Or-
 phanotrophei mensas itidem admittuntur, hoc tamen discrimine,
 ut omnes tunc habeant locum certum ac ordinarium, pro quo
 Studiosi, (scholares et hic plane gratis recipiuntur,) unam quoti-

die horam vel puenis instituendis vel certo penfo describendo imp
dere debent. Quamquam autem in tanta convictorum ma
titudine quotidie plures vel pauciores defiderari folent, qui
ob morbum, vel iter, vel alias ob cauffas prefto non funt; nihilo
minus tamen omni tempore pro completo convictorum coetu
preparantur. In abfentium ergo loca, five ifti fuerint ordinarii
ve extraordinarii, in coena certum locum habentes, ex expectant
tot fubftituuntur, quot fedes vacant. Expectantes vero eos ap
lamus, qui impetrata a nobis venia ad fores coenaculi preftolantur
abfentium vices expleturi. Horum omnium (qui in praefenti cir
mendiem funt quinquaginta Studiosi, fub vefperam autem ce
tum et fedecim, et Scholares feptuaginta duo) nomina certa
dula infcripta exftant. Quam primum ergo de vacantibus qu
busdam locis compertum eft, illi triclinium intrant, quos eo tem
pore ordo tangit, id quod e publica nominum recitatione quivis
facile intelligit. Difcedente vno alterove ordinario, in eorum
cum ii Theologia Studiosi ex Extraordinariis et expectantibus
convictoribus perrogantur, quonem de industria in litterarum
et pietatis ftudio pro reliquis ex Inspectoris menfarum, vel
aliis cuiusdam fide digni, commendatione nobis innotuit.
Cum vero hoc Inftitutum, vt ex hactenus dictis liquet, ad ex
tantum attineat, qui ipfi praefentes adeoque fano corpore funt
vt accedere in Orphanotropheum ad cibos capiendos poffint
paucis adhuc indicabo, qua divina providentia auspiciis
agrotantium commoditatem accefferint. Horum quidem iam a
initio ratio a nobis femper eft habita, nunc autem multo melius
haberi poteft. Emta nimirum a nobis eft iam Anno 1703. vna
non procul ab Orphanotropheo in aperto campo fita, cuius in
anteriori parte domus erat, quam anno 1708. agrotantium
acommodandam curauimus, et nunc Nofocomium appellamus.
Si quis ergo ex pueris noftis orphanis in morbum incidit, ex Or
phanotropheo in has edes deportatur, et quotidie ab ordinariis

Medico visitur: medicamenta necessaria ex medici praescripto applicantur, ceterique salubriores, si quos aegrotus capere potest, praeparantur. Adest et femina praesto, quae aegrotis ministrat.

Theologiae Studiosi et Scholarum nostrarum alumni, de quorum egestate nobis constat, iisdem conditionibus recipiuntur. Immo vero nonnunquam peregrini opificum administri hoc beneficio fructi sunt, et hac ratione conualescerunt, quibus alias ob summam egestatem et miseriam, in qua a magistris suis et reliquis hominibus deserti decubuerunt, pereundum fuisset; qui ipsi deinceps pro ceteris grato animo collata in se beneficia agnouerunt. In his aedibus veteranus quidam Theologiae Studiosus certum conclave habitat, cui negotium datum est, ut aegrotantes inspectet, cum ipsis oret ac cantet, et quae singulis diebus contingunt notatu digna, certo libro inscribat. Certus autem eorum qui haec sustentantur atque curantur, numerus statui non potest. Quo plures autem adsunt, eo maior est illo tempore convictorum numerus: siquidem horum aegrotantium locum, quem quisque in ipso Orphanotrophei triclinio habet, non vacare, sed ab expectantibus, ut paullo ante indicatum est, occupari sinimus. Ceterum iis Scholarum nostrarum alumniis, qui parentem suorum sumptibus apud nos aluntur, peculiare Nosocomium est, in quo aegrotantes curantur. Puella etiam orphananda in suis, quas habent, aedibus certum conclave habent, aegrotis destinatum.

Hae sunt, quae de externa pauperum in Orphanotropheo nostro sustentatione sibi oportere iudicavi. Cuius quidem divini beneficii tanta omnino magnitudo est, ut paternam summi Numinis providentiam, qua in eo sese prodit, admirari potius, quam penitus cognoscere mecum Deum timentes quique possint. Non autem in his externis augendis divina providentia subsistit, sed in spiritualibus etiam, et ad animorum culturam spectantibus, beneficiis multo illustrior facta est. Schola enim Orphanotrophei, in qua iuventus ad vitam Christi cognitionem, partim etiam simul ad litterarum studia eruditur, ita adaugeta est, ut si hodiernum discipulorum praecipientiumque numerum cum eo, quem supra dicto tempore habuit, comparaveris, in gentem accessionem facile sis animadversurus. In Germanica enim schola (quae ita a nobis dicitur, ut distinguatur ab ea, in qua linguae peregrinae et disciplina docentur, quamque a potioribus lectionibus La,

tinam denominamus, et post paullo delineabimus) nunc per classe
 triginta duas una cum orphanis supra nominatis alii etiam pueri
 puellaque plus minusue mille sexcenti ab octoginta sex preceptoribus
 in precipuis fidei Christianae capitibus, nec non in Calligraphia et
 Arithmetica, et quidem plerique gratis, reliqui autem pro exiguo admo-
 dum didactis instituntur. Hanc scholam inspectat quidam verbi
 divini Minister, qui in hoc negotio ex preceptoribus senioribus de-
 os sibi administras adoptavit. In Latina schola lingua Latina per
 octo, Graeca vero et Hebraica per sex ordines docetur. Praeterea The-
 ologia, Historia, Geographia, Oratoria, Logica, Musica vocalis, Calligra-
 phia, Arithmetica, et Matheos rudimenta inculcantur. Discipu-
 li in hac schola hoc tempore sunt amplius trecenti, quos inter ex ipse
 etiam orphanis nostris illi cooptantur, quibus feliciter ingenium ad
 virtutes datum est. Ceteri partim sunt ciues Hallenses, partim
 peregrini, non tantum ex plerisque Germania nostra provinciis
 vel missi, vel profecti, sed exteri quoque, Britanni, Batavi, Helvetii,
 Hungari, Suedi, Livoni, Poloni alique. Quorum itidem plerique
 quae gratuita institutione fruuntur, ceterorum quisque sex thaleri
 (quorum quinque libram Anglicanam unam fere aequant) didactis
 annui loco solvunt. Praeceptores in hac schola sunt viginti sex, in-
 spectores duo; nimirum supra dictus verbi divini Minister et quidam
 Theologiae Candidatus.

Quatuor quotannis utriusque scholae, Germanica videlicet et
 Latina, lustrationes in publico Orphanotropei auditorio habentur,
 quibus praeter eos, qui ex Professoribus, Senatoribus, Ecclesiasticis
 ministris et civibus literatis Halensibus civitati comparent, Studen-
 tis quibuscumque interesse licet. Finita quaque lustratione aliam
 omnes a preceptoribus suis in auditorium modo dictum deducuntur,
 ibique ad gratam collatorum in se divinum beneficiorum appli-
 cationem, ad industriam in discendo, ad obedientiam erga magistrum
 ac senum pietatis studium sermone publico a me excitantur. Quae
 facta libelli, eiusmodi fere ut Tui ad nos missi, et similia vel spica
 pruna, poma aliaue id genus esculenta, quae praesens anni tem-

exhib
 tur.
 dom
 ad
 fidi
 bus
 prec
 Au
 vna
 rui
 Ha
 sex
 ab
 non
 par
 lati
 tria
 gra
 per
 plu
 qui
 tio
 illo
 lat
 coe
 qua
 sic
 vbi
 qua
 dir
 qua
 tam
 bon

exhibet, singulis alumnis a me et duobus Inspectoribus distribuuntur. Quibus munusculis instructi lati hilaresque, parvuli in primis, domum se recipiunt. Alio die Praeceptores uniuersi conuocantur, quos ad diligentiam fidelitatemque in officio suo, circumspectionem in quosdam fidiana cum discipulis consuetudine, prudentiam in reprehensionibus et castigationibus, in primis vero ad sincerum Dei timorem et preces, sine quibus labor eorum irritus foret, exhortor.

Augescentibus autem in Orphanotropheo conuictoribus ac in schola eius utraque alumnis, spatium deesse coepit. Hinc anno 1709. pro puellarum orphanarum habitaculo, earumque ac ceterarum, ex Vrbe Itala et suburbiis huc confluentium scholis peculiarem domum, pedes sexaginta longam, tringinta quatuor latam, et tres contignationes altam exstruere necesse fuit. Qua occupata etsi in prioribus aedibus non mediore spatium lucrati nobis videbamus, nihilo tamen secius, paruo interiecto tempore, denuo in angustias, ^{reddicti} de tentoriis nostris latius extendendis cogitare debebamus. Erant in Orphanotropheo tria spatiosiora conclauias, quorum in vno Theologiae Studiosis collegia et per hebdomadem duabus horis sermones publici utriusque sexus hominibus, huc tanquam ad publicum oratorium aut semiplurimum sponte conmeantibus, a me habebantur: in duobus reliquis conuictores coenabant. Deficiente ergo scholis habendis spatio adhuc alias aedes edificare animum induximus, ut auditorio illud coenaculoque ex anterioribus aedibus in hasse novas translato, maius spatium lucraremur. Huius domus anno 1710. exstruendo coepte transactoque biennio perfecta longitudo ducentis, latitudo quadraginta pedibus constat; altitudo autem, etsi cum anterioris hic dicti Orphanotrophei, cuius dextro lateri annexa est, altitudine vbiq; conuenit, ex parte tamen duabus tantum, ex parte autem quatuor contignationibus, absoluitur. In inferiore aedium parte dimidia coenaculum est, centum pedes longum, latitudine eadem, qua totum aedificium; altitudine autem viginti pedum; tanta fere, quam tam duae alioquin contignationes habere solent: idque ideo, ut ciborum vapores eo melius dispelli possint, nec conuictores inter eos



medendum incommodent, quippe qui vniuersi, quos supra recensuimus, (si a puellis orphanis ancillisque, utpote quibus peculiaris triclinium est, discesserint) hoc conclavi congregati simul accumbant. Huic coenaculo in altera parte dimidia propinqua est culina, officina pistoria, aliaque condavia, vfiibus oeconomicis accommodata. In secunda adiuua parte superiore reperitur auditorium, in quo lectiones Theologicae et publicae adhortationes, de quibus diximus supra, habentur. Aequè latum est ac modo dictum coenaculum, octo autem pedes illo altius, et quinquaginta longius, adeoque tres totius aedificii partes quadrantes absoluit, omnesque caput scholarum nostrorum alumnos et praecipuos, quorum sunt duo millia et amplius, qui post lustrationes scholarum publicas, quemadmodum modo diximus, in eo simul congregari solent. Reliqua huius aedificii conclauis praeter alios quidam pueri Anglicani tenent, qui partim Orphanotrophei, partim Pedagogii Regii (de quo locuturi sumus infra) scholas frequentant, atque hinc ista adiuua regio, das Engländische Haus, id est, domus Anglicana appellatur.

Auditorium pristinum et duo coenacula in anteriore Orphanotropheo partim scholis habendis, partim locanda Bibliotheca aptata sunt, quae quorundam moribundorum donationibus testamentariis ad aliquot voluminum millia excreuit, et nunc quatuor quotidie horas studiosae iuuentuti patet.

Iam quidem Dominus ita nobis habitacula dilatauerat, ut discipuli haberent, ubi ad arripienda pietatis et bonarum litterarum studia conuenirent: deerant autem adhuc musea et cubicula, in quibus illi, qui ex peregrinis locis huc conuolant, studia sua priuatim tractare et dormire possent. Dispersi erant scholares per Glaucliam (quod est suburbii nomen, quo habitamus, moenibus ciuitatis Hallesae contigui) in diuersis et partim ab Orphanotropheo remotioribus aedibus: vnde non exigua non tantum incommoda, sed damna etiam ad illos redundabant. Quibus igitur cum mederi cuperemus, non alia via nobis ineunda videbatur, quam ut in eorum gratiam peculiarem etiam domum curarem exstruendam. Hoc consilium, quod anno superiore coepimus, Deus Opt. Max. ita

cundavit, ut eo usque iam perfecta sit, ut proximo vere ineunte occupari a dictis scholaribus possit. In hoc edificio scholares aliquot eodem contubernio iungentur; quibus (veluti iam inde ab initio schola factum est) ex preceptoribus vnus praeficietur, qui tempore a lectionibus publicis (qua, ut paullo ante meminimus, in aedibus Orphanotrophei habentur) vacuo eorum vitam et mores inspectet, studia dirigat, ac hora matutina quinta, vbi e somno expergiscuntur, et nona vespertina, antequam ad lectum sese conferant, Scripturam sacram cum ipsis tractet, precibusque fundendis eos praeat. Et cum ex his puenis ac adolescentibus multi parentum suorum sumptibus hic viuant, certus oeconomus, non in Orphanotropheo, sed alia quadam domo in suburbio nostro constitutus est, qui statuto pretio victum ipsis curet: qua ex re si quid lucri existit, non ad Orphanotropheum, sed ad ipsum oeconomum redit. In nouis, modo dictis et vere proximo occupandis, aedibus huic oeconomo triclinia, cubina, aliaque ad hoc negotium necessaria, conclauia attribuentur. Atque ita adolescentes eo commodius in posterum et habitabunt et coenabunt. Reliqui pauperiores mensa extraordinaria in Orphanotropheo, ut iam supra monuimus, gratis fruuntur. Per aestiuos et autumnos decurrentis huius anni menses in exstruendis duabus adhuc aliis domibus occupati fuimus, quarum altera iuxta dextrum, altera vero ad sinistram modo dictarum aedium latus erecta est. Tria ista aedificia, ita inter se nexa, longa sunt quadringentos, lata autem quadraginta pedes, et quinque contignationes alta; atque e longinquo spectantibus vna quasi domus videntur. De fine ac vsu vtriusque recentioris domus haec cognosce. Diximus supra, quod Studiosi Theologia ordinaria mensa in Orphanotropheo fruentes, duas quisque horas quotidie iuuentutem formare ex officio teneantur. Quum autem multi ex scholis inferioribus in academiam nostram Fridencianam perueniant, humanioribus, ut vocantur, studiis vel ipsi non satis imbuti, vel facili methodo ea alijs tradere nescientes, in adoptandis preceptoribus magna nobis difficultas saepissime obiecta fuit. Si quos idoneos forsan nacti, aliquamdiu habuimus, vel

a parentibus domum reuocati, vel a patronis ad officium publicum postulati sunt; atque ita nos in pristinam difficultatem implicati fuimus. Quia igitur ut nos liberaremus iam ante aliquos annos, Deo adiuuente certum praceptorum Seminarium constituimus, in quod nonnullos Theologiae cultores adscriuimus, eius in finem, ut per integrum biennium ad docendas in Orphanatibus et Paedagogio Regio meliores litteras prepararentur, atque sic preparati tres minimum annos Scholis nostris operam suam addicerent. Prosperauit Deus illud quoque consilium, ut ex hoc Seminario non pauci prodierint, qui multo cum fructu studiosa iuuentuti praefuerunt, et partim adhuc praefuerunt. Neque vero ad nostras tantummodo scholas, sed alia quoque gymnasia et ludos litterarios intra et extra Germania praedicti Seminarii usus redundauit. Sapiissime enim ex nostris Institutis praepetores domestici et publici a patronis petuntur, a nobis vero, quoad fieri potest, promptissime mittuntur. Unde ut, qui heic ex usu iam habitum docendi sibi acquisiuere, aliorum loco eo maiori cum emolumento atque ad plausu iuuentutis precipiant. At vero cum consuetus Studiosorum in hoc Seminario numerus exiguus huc usque fuerit, adeoque vix nostris scholis sufficeret, eorum numerum non mediocriter augere decreuimus. Quorum igitur in studia ac vitam ut et melius inspici ac inquiri possit, ex his illi, quorum consulendum est egestati, aut quorum saltem id feret reliqua vita conditio, a tenetra domo iungentur. In alteram domum itidem insignem Studiosorum numerum adscribere animus est, ut linguis studiisque sacris, imprimis etiam exercitiis catecheticis, ad quae in scholis nostris Germanicis occasio ipsis praebetur, ad functiones Ministerii Ecclesiastici, moderantibus quibusdam Inspectoribus, sese praesentent. In ipsa quidem academia nos Theologiae Professores hunc scopum nobis propositum ex officio habemus, ut Theologos Studiosos ad munera ecclesiastica preparemus: nec desuerunt

umquam ex auditoribus nostris, quos auxiliante divina gratia ad istum scopum feliciter perduximus. Enim vero cum Theologiae studiosorum in Germania nostra ea sit conditio, ut plerique propter egestatem in academiis diutius subsistere haud queant, sed ante, quam studia eorum maturitatem consecuta sunt, discedere cogantur, huic incommodo hac ratione occurrere cupimus, dum certum numerum ex eiusmodi studiosis, qui aliquamdiu Theologiae operam iam dederunt, diligentiamque suam et vitae probitatem nobis testatam fecerunt, ad hoc institutum seligere, illisque studia in hac academia longius prosequendi subsidia procurare, animam induximus. Ita per divinam gratiam futurum esse confidimus, ut omni tempore tales in promptu habeamus sacri Ministerii ac muneris scholastici Candidatos, qui Deo occasionem offerente, tamquam fidi operarii in messem extrahi possint.

Huius instituti simile est aliud, quod iam ante hos duodecim, et quod excurrit, annos coepit, et Collegium Orientale Theologiae cum dicitur. In hoc ipsum initio duodecim Theologiae studiosi selectioribus ingenii praediti, qui aliquot iam annis in litterarum studia ac vera pietatis exercitium incubuerant, cooptabantur, eo quidem consilio, ut Theologiam et linguas Orientales ex Ordinis Theologiae praescripto ita excolerent, ut non tantum alios Theologiae studiosos linguas et disciplinas docere possent, sed digni quoque evaderent, quibus maxime ardua munera ecclesiae, aeternae et academica aliquando demandarentur. In Orphanotrophaeo primum musea habuerunt sua, paullo autem post ob consilium penuriam in ipsa urbe Hala conductas a nobis aedes habitare coeperunt. Studia sua sub Ioannis Heinrici Michaelis Graecae et O. O. L. L. Prof. Publ. Ordinarii, directione, inspectante simul Ioanne Tribbeckouio, Philosophiae tum temporis Professore Extraordinario, et postea Georgii, Serenissimi Principis Daniacensis, in Anglia concionatore aulico, iam beate defuncto, excoluerunt. Accesserunt huc circa illud tempus studiorum causa quin,

que iuvenes, natione et patria Graeci, qui quum itidem Orphanotrophei sumtibus heic alerentur, isti coctui iungebantur. Hinc quidam ex Nostris occasione addiscenda Graeco lingua haec diurna vulgaris, quam $\rho\alpha\rho\mu\alpha\iota\kappa\eta$ seu $\pi\epsilon\lambda\eta\nu$ illi vocant, opportune sibi oblata, sedulo vsi sunt. In primis autem b. Tribbeckovius intra aliquot mensium spatium tantam huius linguae sibi acquisivit facultatem, vt non modo satis scite loqueretur, sed Grammaticam etiam (cui Anastafius Michael Macedo, reliquorum Graecorum natu quidem minimus, sed ingenio pro caeteris maxime pollens, epistolam bene longam subiungit ederet, aliosque huius linguae cupidus doceret. Ex Graecis autem haec in lingua Graeca vetusta ($\gamma\rho\alpha\mu\mu\alpha\tau\iota\kappa\eta$ illis dicta) quippe quam isti ignorabant, instituebantur; in Latinam vero ignotam omnibus omnes incumbere necesse habebant, donec, ea ipsa mediocriter comprehensa, publicas lectiones frequentare possent. Interim collegii huius alumni ordinem non tantum aliis Theologiae cultoribus linguas Orientales et disciplinas Philosophicas praelegerunt, sed et in adornanda accuratissima, ac notis criticis locisque parallelis accommodatissima, Bibliorum Hebraicorum editione Professore Michaelis moderante, fuerunt occupati. Quae quidem Biblia iam pridem sumtibus Orphanotrophei imprompta, at ob varia obstacula nondum plane excusa sunt: fore tamen speramus, vt intra anni spatium penitus absoluantur. Quibus editis ad studium Biblicum Hebraicum digne tractandum non exiguam inde faciem Theologiae cultoribus praelecturi, adeoque huius collegii usum in Ecclesia Dei vel inde vberimum futurum, confidimus. Accedit, quod istorum alumnorum plerique iam aliquot annis Ecclesia Dei partim in Germania nostra, partim in exteris regionibus publica munera oberrant.

utilem operam praestiterint. Ex quibus praecipue nominare
 placet Christianum Benedictum Michaelis, supra dicti Pro-
 fessoris agnatum, qui, postquam de studiosa iuventute pluribus
 annis Graeca, Hebraica, Rabbinica, Syriaca, Arabica, Aethio-
 pica docendo optime meritus fuit, a Serenissimo Rege nostro Pro-
 fessor Philosophiae Ordinarius constitutus est, et cum agnato suo
 (qui ex anno 1709. Theologia quoque Professor Ordinarius est)
 in perficiendo opere biblico potissimum nunc desudat. Et si aus-
 tem, posteaquam ante aliquot menses ultimus huius collegii alu-
 mnus ad officium publicum promotus fuit, certis de causis nos-
 vos in illud nondum adscivimus, suo tamen, et forsan, Deo ita
 adveniente, primo quoque tempore alior cooptare cogitamus.

Habes, Vir maxime Reverende, pleraque Orphanotrophei nostri ins-
 tituta: Quae cum ad tot pauperum minorum adultiorumque
 sustentationem et institutionem in cognitione et timore Domini
 ac bonis artibus, adeoque ad divinae gloriae amplificationem spe-
 ctent, omnes omnino homines hanc mirificam caelestis Pat-
 ris providentiam benignitatemque submisso animo venerari
 merito debebant. At vero, cum plerique caeca, multi etiam
 malitiosa ac invida mente laborent, mirum non est, quod ab illis
 haec omnia parvi fiant, ab his autem contemnantur, et tamquam
 noxia damnentur. Inter ipsos verbi divini ministros, prohi dolor!
 non defuerunt, qui verbis et scripturibus acerbissimis haec divina
 providentiae monimenta perstringere non erubuerunt. Quibus ad
 vindicandam, non nostram, (quippe cui haud velificamur) sed summi
 Luminis gloriam scriptis apologeticis respondendum aliquoties fuit.
 Quae occasione praeter horum maledicorum destinationem et opinio-
 nem factum est, ut multis hominibus de his institutis eorumque
 vera ratione innotuerit, quibus alioquin illa plane ignota fuerant
 et forte mansissent. Hinc multi gaudium, quod ex horum institutorum
 descriptione et defensione ceperant, testatione dona sua piis precibus
 ac votis quasi involuta, multi etiam liberos suos in scholis nostris
 educandos, miserunt. Nec pauci haec instituta ipsis oculis suis con-



templatum, ex ipsis etiam remotioribus locis accesserunt, presentes
 que diuinam benignitatem admirati nobiscum hilari ore laudarunt.
 Ita Deus impios inimicorum nostrorum conatus non tantum irritos
 reddidit, sed in operis sui emolumentum et amplificationem cedere
 iussit. Cuius rei adhuc illustre exemplum narrabo. Cum anno
 superiore inuente Fridericus Rex noster clementissimus, cuius su-
 pectro instituta nostra inchoata et eo usque non sine ipsius volun-
 tate continuata fuerant, diem obiret supremum, et filius vnicus
Fridericus Guillelmus ipsi in regno succederet, maleuoli quique
 de nostris institutis nunc actum esse conclamitabant, ante victorias
 quasi triumphantes. Enim vero, etsi ex quorundam, bonorum
 etiam, narratione iam antea nobis innotuerat, Principem, quo-
 rumdam maleuolorum criminationibus inductum, minus cle-
 menter de nobis et institutis nostris sentire, tamen per Dei gratiam
 qua confidebamus, male aliter euenit ac plerique amici pariter
 ac inimici cogitauerant. Peruenerat hic nouus Rex noster pe-
 lo post, quam regnum suum erat auspiciatus, prope Halam, mi-
 lites suos, ex Italia redeuntes, lustratum. Quo facto cum in vi-
 bem accessit, illico fama percrebuit, Regem Orphanotrophorum
 quoque Ultrare velle. Cuius consilii nos certiores facti ad recipi-
 endum Regem nos comparabamus. Instabat meridies, ubi
 scholis pueri et puella ceterique scholares dimitti et conuictores
 ad prandium hinc inde aduolare solent. Ex istis igitur eos, qui
 alias prandendi causa domum se contulissent, in scholis ad regem
 aduentum a preceptoribus detineri, ceteros vero cum Studiis
 quis suum quemque locum in triclinio occupare iussimus. Accipit
 igitur Rex Leopoldo, Principe Anhaltino, nec non Preside Hallen-
 si et aliquot prefectis bellicis stipatus. Submississime illico a nos-
 tris exceptus et per anteriores aedes in nouas ad triclinium, in quo
 supra recensiti Studiis et scholares ac pueri orphani accumbentes
 debant, ductus est. Substitit hic aliquantum in vestibulo ante se-
 stras, que in spectatorum, qui quotidie frequentes adsunt, gratia
 ita aptata sunt, vt uniuersos conuictores obtutui suo obiectos habeat.

247

Per has ipsas accumbentes paullo accuratius contemplatus, de or-
phanorum educatione quadam, aliaque huc facienda, ex me querebat:
ad qua cum respondiſſem, et vultu et ipſis verbis, ſibi ea omnia val-
de probari, ſignificauit. Hinc conſcendimus vna in auditorium ſuperius
ſpatioſum, de cuius uſu itidem varia interrogauit, et cum a me percep-
ſet, collegia ſtudioſis et adhortationes populo in eo ipſo haberi; intellexiſ-
ſetque, quo modo et quo fine ille fierent, non obſcure inuuit, ſibi de his
conuentibus proſus alia fuiſſe relata; qua ubi nunc ita, quemadmodum
ipſi expoſueram, ſe habere cognouit, non minus ſibi placere teſtatur eſt.
Habitant proxime ad oſtium, per quod ex hoc auditorio deſcendendum
erat, pauci Anglicani, qui vna cum Theologia ſtudioſis Anglicanis
e muſeo ſuo ad ſpectandum regem egreſſi fuerant. Hoc Rex conſpiciens,
quinam eſſent, interrogauit, acceptoque a nobis reſponſo humaniſſime
eos allocutus eſt. Inde progreſſi in puellarum ades deuenimus, in quibus
miratus eſt tantam preſentium puellarum multitudinem. Spectatis
deinceps puellis orphanis, eo ipſo tempore etiam prandentibus, in an-
tenores ades regem reduximus, reliqua ipſi monſtrationi. Homines,
qui ſpectatum confluerant, quorum ingens erat multitudo, ex ipſo
regis, me non numquam paullo longius, prout res poſtulabat, diſſe-
rentem patientiſſime audientis, et humaniſſime mecum in pergula,
qua eſt in anteriorum adium tecto, colloquentis, vultu et geſtibus au-
gurati fuerant, non fore talem huius luſtrationis exitum, qualem
quidem ipſi vel exoptauerant, vel metuerant. Neque illos auguri-
um ſefellit: Preſidium enim Rex ſuum, et priuilegiorum, qua
ab eius Parente impetrata ante pedes ipſius depoſueram, confir-
mationem verbis ſingularibus pollicebatur, eamque paullo poſt, quam
Berolinum redierat, nobis cum aliquo eorum augmento impertiuit.
Huius inexpectata Regis noſtri gratia, cuius fama mox non Germani-
am tantum, ſed alias quoque Europa regiones permeauit, quantum
inimicis et oſonibus noſtris dolorem attulerit, quantum autem nobis
et Deum timentibus omnibus letitia exſtiterit, facile potueris, Vir
maxime Reuerende, iudicare. In primis vero hoc ipſum ad laudan-
dam Dei paternam prouidentiam animos noſtros mirum quantum

Hieronymus Freyerus, qui quibusdam variis argumenti scriptis in-
 claudit. Inter alia in usum Pedagogii et Schola Latinae Orphanotro-
phei selectissima poemata, ex veteribus et recentioribus poetis latinis
 a se collecta, edidit, ex quibus studiosa iuventus sine animorum
 offensione poesin latinam addiscere potest. Nuperime quoque Col-
loquia Terentiana in lucem emisit, in quibus personas induxit fere
 ubique alias, sed sermone Terentiano ita inter se de rebus variis col-
 loquentes, ut scriptoris huius verba sine vlla immutatione exhibean-
 tur: aut si quid ad evitandam pudicorum aurium offensionem mu-
 tandum fuit, vel de suo intericiendum, hoc ex diverso statim typo-
 rum genere agnosci queat. Præter hoc ordine etiam, quem sequitur
 est Freyerus, vsus libelli redditur insignior: siquidem sola inscrip-
 tionis inspectio prima fronte indicat, unde singula deprompta sint.
 Ex quo simul hoc intelligitur, non modo ipsum Terentium autorem
 citari, si quis ad hoc opusculum provocauerit, sed locum etiam au-
 thentatis designari, quem liber comoedie, sectio actus, scena aut
 tem colloquium ubique respondeat. Quod consilium quantum
 a Schoneano instituto discrepet, per facile ad iudicandum illis
 est, qui utrumque inter se laborem conferunt. Ceterum hoc Pa-
dagogium eadem fata habuit, qua Schola Latina Orphanotrophei,
Alumni videlicet in civium Glauchenfium aedibus dispersi con-
 tubernia habebant et auditoria, in quibus instituebantur. Aus-
 gesciente autem discipulorum numero necessitas nobis imponebatur
 in eorum usum amplam domum edificandi: Anno igitur 1711.
 in horto spatioso, post Orphanotrophei ternas novas aedes, quas
 supra descripsimus, proxime sito, et ad Orphanotropheum spe-
 ctante, ædificium ab occasu ad ortum ducentos sedecim pedes lon-
 gum, triginta quatuor latum, et quinque contignationes altum,
 exstructum et anno superiore¹⁷¹³ occupatum est. Ab anteriore parte
 que ad Orphanotropheum vergit, duas habet alas, quarum altera
 quinquaginta duos pedes ad meridiam, altera totidem pedes ad se-
 ptentrionem se extendit. Istam Inspector cum ministris famularis
 tibus, hanc oeconomus vnus tenet. A parte posteriore Orientem

versus elapsa estate ala una eadem longitudine lateri septentrionalis
 addita est, quam alter oeconomus nuperrime occupavit. Attoni lateri
 ad meridiem proxime etiam, si Deo ita placuerit, alam adiungemus
 quas aedes agrotantium vsui destinavimus, qui interea in ipsa ma-
 re domo certa conclavia habent. Ad lectiones, qua in hoc Pedagogyo
 tractantur, quod attinet, praeter eas, quas in schola Latina Orphanotro-
 pheo tradi diximus, hic quoque docetur lingua Gallica, Geometria, Phi-
 lologica, Metaphysica, Ethica, Politica, Genealogia, Botanica, Anatomia
 Astronomia et alia. Corporis etiam movendi et animi recreandi gratia
 proxima ante prandium hora in tornando, vitris poliendo, aliisque hu-
 iusmodi exercitiis alumni instituuntur. Quater etiam per annum, pro-
 inde ac in scholis Orphanotrophei fieri consuevit, lustratio publica ha-
 betur.

Quemadmodum igitur, ut meminimus, in hoc Pedagogyo ditione
 parentum filii eruduntur, ita quoque pro huius generis filiabus sc
 la quaedam instituta est, quam Gynacerum appellamus. In hoc pu-
 lae aliquot parentum suorum sumptibus in cognitione Dei, Calligraphia
 Arithmetica, lingua Gallica, aliisque rebus, istum sexum ornantibus
 instituuntur, moderante et inspectante virgine Gallica, non mirum
 pia, quam prudente. Ita vero puella ab Orphanotropheo et Peda-
 gogyo Regio quam longissime domicilio sunt remota.

Huius Instituto affine est aliquo modo aliud, quod itidem in sexus fe-
 quioris vsum incepimus. Aliquot enim abhinc annis honestissima
 matrona, qua pro quibusdam virginibus adultioribus, nobili genere
 natis, certam fundationem, ut vocant, facere decreverat (quod co-
 filium etiam post paullo in quadam Saxoniae civitate perfecit) suo ip-
 vs instinctu, ad nos quoque certam pecunia summam misit, qua
 eundem in finem a nobis adhiberi cupiebat. Quod cum nos nouimus
 indicium, quod Deus instituta nostra amplificatum iret, interprete-
 mur, isto esse commodam huic destinationi domum emimus, in
 rim hoc exemplo alia matrona excitata in eundem vsum tantam
 pecunia iam moribunda testamento legavit, quantum ad unius vir-
 ginis sustentationem requireretur. Postea etiam Minister quidam
 regius itidem non mediocrem nummorum summam donavit, ex
 quo beneficio tres alumna potissimum sustentationis sua parte
 habent. Ad sunt praeterea nonnulla aliae virgines adultiores, quae
 huius ipsarum sumptibus iisdem in aedibus viuunt. Quas inter nonnullas

quam tales reperiuntur, quae quum vel propter Pontificiorum, a quibus quos vixerent, vexationes, vel ob alia impedimenta pietatis studio domi sua ex animi sententia vacare non potuerint, a nobis petierint, ut sibi hoc loco viuendi occasionem procurarimus, ut ex verbi diuini predicatione, quam per Dei gratiam nosse hic esse vberissimam, animas suas edificare possent. Praeter publicam autem, quam in templo Blauchenfi et Orphanotropheo habent, spirituales sui edificationem, duas per hebdomadam horis priuatim quoque a quodam pio verbo diuini ministro ex sacris litteris instituantur. Ceterum a regulis quasi monasticis omnibus sunt immunes, et sua cuique libertas relinquitur.

Nec praetereunda fuerint duo Cherotrophea, in quibus aliquot pauperibus viduis a duobus patronis partim de tota sustentatione, partim de habitatione prospectum est, et a nobis de pijs, ad animarum suarum edificationem facientibus, exercitijs prospicitur.

Haec sunt, Vir maxime Reuerende, instituta nostra, quorum usus ad eos, qui hoc ipso loco commorantur, potissimum spectant. Potissimum dico: nam alios quoque, qui quidem hic non degunt, istorum utilitatem partim parere, vel ex us, quae supra de diuersorum collegiorum ratione narrauimus, patet. Non desunt autem Instituta alia, quae in eorum, qui hinc vel propius vel longius absunt, emolumentum praecipue cedunt. Ut ab externis iterum exordiar, beneficiorum, quae ex Officina pharmaceutica, cuius iam ante fecimus mentionem, innumeris fere aegrotis diuinitus obtigerunt, amplitudinem enarrare non sustineo. Certe haec in causa Dei providentia et benignitas tam mirabilis fuit, quam in vlla alia. Dedit illa ante aliquot annos Orphanotropheo nostro, accedente medicorum nostrorum opera, quaedam medicamenta, quorum efficacitas primum quidem in ipsis institutis nostris, deinde vero in pluribus Germania et Europa nostra locis profus singularis ac mirifica fuit et adhuc est, adeo, ut nunc in remotissimas terra partes transmittantur. Accedit, quod non tantum Orphanotrophei nostri alumnis, sed pauperibus etiam quibusuis alijs in suburbio nostro et vrbe Hala, quin et alibi locorum, si idoneo paupertatis testimonio instructi a nobis expetierint, gratuito dari iubeamus.

Maiora autem beneficia ea sunt, quae per officinam librariam quam plurimis Romanibus a Deo conferuntur. Non dicam nunc de tot libris, ad studia litteraria iuuanda hic excusis, quinque quorum utilitas externa tantum est, sed libet nunc eos, qui diuinius argumenti sunt, paucis tantum attingere. Sunt homines oppido multi, quos librorum, de

genuina veri Christianismi ratione agentium, qui Orphanotrophis
 sumtibus editi sunt, lectione in meliorem viam reductos, vel in ca-
 non mediocriter confirmatos esse, rescruimus. Cuiusmodi exem-
 ex ipsa remotissima Siberia Suecorum, qui ibi captivi tenentur,
 nos datis litteris non sine ingenti letitia nobis non ita pridem in-
 tuere. Non ingratum tibi fuerit, credo, hac de re nonnulla a-
 narrari accuratius. Anno 1706. Sueci, circumlatis in Polonia
 cinisque regionibus, abiquot annos armis victribus, in Saxonia, in
 phone facta, per integrum fere annum subsisterunt, ipso quidem Rege
 in vico, aliquot horarum spatium ab urbe Hala distito, commoran-
 E Saxonia deinceps in Poloniam reuersi Moscouiam, Rege praerun-
 adire, eique arma inferre moliti sunt. In extremis autem Vkraniae
 finibus ad oppidum Pultawam castris suis positis omnium rerum in-
 pia afflictis cum Magni Ducis Moscouiae copiis, undique circumfusis
 prolium committere necesse habuerunt. Quo in praelio paucis utriusque
 copis Suecorum castra vniuersa et copia plerumque in Russorum ve-
 re potestatem. Accidit hoc Suecorum stupendum infortunium anno
 1709. mense Iunio. Rex cum paucissimis suorum fuga salutem dis-
 culter admodum adeptus in ditionem Turcarum se recepit, ibique in
 grum lustrum, et quod excurrit, commemoratus nouissime clapsi No-
 bris die 22. in Pomeraniam rediit. (Ceterum captis in dicto praelio
 cis in Moscouiam commigrandum fuit. Alii in Moscouia relictis, alii
 in regnum Casanaem, alii in ipsam Siberiam missi, et vbi que
 summam miseriam et egestatem reducti sunt. Hec multis illorum
 ex diuina misericordia vsu venit, quod Isaia cap. 26. legimus: Do-
mine in angustia visitauerunt te, effuderunt miffitationem, cum ce-
rectio tua appropinquauit eis. Quae de re praeter omnem opinionem
 nostram ex Siberia metropoli Tobolio (vulgo Tobolsko) anno 1713. m-
 se Iunio epistola a nouem partim centurionibus, partim subcenturionibus
 bus et signiferis, suo et reliquorum nomine ad nos scripta, multa re-
 rat, ex quibus sequentia tantum, ex Germanico Latine reddita, huius
 relationi inferere visum est: Postquam misericors Deus pro inen-
 rabili sua maxxeodvix et salutis hominum cupiditate, nos huc ca-
 ptiuos abduci passus, et aliquam animorum nostrorum caecitatis
 tionem nobis largitus est, summopere mirati sumus, quomodo praeter-
 tis temporibus ad mundi exemplum in diem securi viuentes, collocati
 in Christi mento fiducia, de diuina gratia nobis ipsis persuadere potuer-
 mus, ita quidem, vt vel ipsam mortem oppetere non dubitassetis.

20 vero miseria nostra agnitionem viuida Christi virtute, cuius antea plane
 21 ignari, saltem experies fuimus, consecuti ubi diuinam gratiam imis sus
 22 spiris anhelare coepimus, amantissimi Patris nostri providentia factum
 23 est, vt vnum alterumque scriptum ex iis, quae apud vos in lucem edita sunt
 24 in manus nostras peruenerint. Quorum in animis nostris operatio in solius
 25 Dei recondita bonitatis gloriam hanc veram confessionem nobis quasi ex
 26 torquet, quod Dominus illud, quod in annexis precationibus ab ipso omnis
 27 boni datore appetitum est, vt nimirum istius laboris fructus in futura aeterni
 28 tate aliquando reperiretur, pro sua benignitate et misericordia nobis
 29 concesserit. Non tantum autem ex scriptis istis in hac captiuitate vber
 30 riam adificationem cepimus, sed fratrum quoque nostrorum non
 31 nullis excitationi fuit recordatio viui exempli nostri. cetera.

Post hanc epistolam nuperrime aliam accepimus, ab iisdem militum
 rectoribus et triginta duobus aliis subscriptam. Erat haec responsoria
 ad meam, quam priori illorum rescripseram, in qua verbis multo plu
 ribus eadem narrabant, de quibus in antegressa nos fecerant certiores.
 Allata quoque sunt Moscoua et Archangelopoli aliquot diuersis tempo
 ribus epistola, quae de singulari animorum excitatione inter eos, qui
 in ista Magni Ducis regia aliisque tum Moscoua, tum regni Casani
 vicis ac oppidis a seruantur, multa memoratu digna nuntiant.
 Inter alios vero libros, quorum lectione haec excitatio vel exorta vel pro
 gressa dicitur, u etiam nominantur, qui apud nos excusi sunt. Quae
 omnia non vana iactantia ergo, sed eo a me huc adferuntur, vt
 diuina beneficia, quae Orphanotrophei nostri, speciatim Officina
 libraria, opera peregrinis etiam et exteris, extra hunc locum de
 gentibus, obtingunt, Tu, Vir maxime Reuerende, nobiscum co
 gnoscas atque collaudes. Huc referre etiam licuerit duas Noui
 Testamenti editiones, alteram lingua Slavonica, alteram Graeca
 authentica cum versione Graeca hodierna vulgari, hic excusas. Il
 lam quidem amicorum sumtibus in Bohemica gentis usum, praeser
 tim in Hungaria, vti Protestantibus religionis exercitium adeoque
 et librorum suorum diulgatio vel plane non, vel agre admodum, a Pon
 tificis permittitur, imprimendam curauimus. Hoc ipso tempore 104
annis strondii, Theologi superiore saeculo inuente in Germania nostra
 pientissimi, Libri de vero Christianismo (cuius versio Latina aliquot
 abhinc annis Londini recusa est, Anglicana autem nuperrime ibi

dem prodit) in linguam Slavonicam verso sub prelo sunt, eiusdem
gentis vrbibus destinati. Altera novi testamenti editio, Græca videlicet,
anno 1710. Serenissimæ Reginae nostræ, nunc viduæ, liberalitate pro
Græcis hodiernis, quippe quibus ex Turcarum invidia verbum Dei
transmissum est, in lucem exit. Excusa erat, quod ipsum fugere non
crediderim, iam sub huius sæculi initium Londini editio novi
testamenti Græci vulgaris: quam cum inter alias rationes eo etiam
capite, quod deesse ipse textus authenticus, Græcis minus gratam
fuisse percepimus, hac nostra editione utiliore operam nos præstituros
credidimus. Prefationem Græcam huic editioni præcipue præcipue
Græcos præmisit Ioannes Haimannus, Batauus, qui aliquot annos
Smyna inter populares suos officio Ecclesiastæ functus, cum Græcis
multam consuetudinem habuerat. Latinam nos adiunximus in
illorum quidem gratiam, qui Græcam linguam hodiernam ignorantes
Germanis nostris singulari plane instituto non tantum de noui foederis
libris, sed de integro etiam sacro Codice diuina prouidentia præcipue
spexit: Quod si tibi in primis volupe futurum esse existimo.
Nimirum vir quidam illustribus parentibus, et quod præcipuum
est, ex summo Deo natus, nomine Carolus Hildebrandus Cansternius
fautor noster, et cæterorum Dei seruatorum longe amicissimus,
anno 1710. consultationem in lucem publicam emisit, quo modo
do vtriusque foederis libri coniunctim et noui testamenti separatim
in vsum pauperum vili admodum pretio quam emendatissime excuderi
posset. Tantam videlicet typorum multitudinem conficiendam esse
monuit, quanta ad omnes sacri Codicis plagulas requireretur.
Ita enim fieri posse, ut typi semel sic coniuncti, in ordine consistere
nec opus futurum, ut in iterandis editionibus typothetarum manus
denuo inter se coniungerentur, et pro isto labore consuetum pretium
solueretur. Præterea huius rei et hunc vsum futurum, ut errata typographica,
quæ in primam editionem irrepperint, e sequentibus editionibus
tollerentur, adeoque quam accuratissima editio successu temporis
prodiret. Hæc consultatio Dei beneficio ita a plerisque approbata fuit,
ut cum ipso Cansternio multi pro se quisque institute ad hoc institutum
pecuniam conferrent. Hiic in excudendo nouo foedere, cui Psalmi
videlicet deinde iungebantur, initium anno 1712 factum est, et intra

ginta mensium intervallum septem editionibus exemplarium tris-
 ginta octo millia prodierunt, quorum unumquodque duobus grossis
 nostris, (qua est pars Libra Anglicana sexagesima tertia ^{venditum est} aut quarta)
 Integrorum Bibliorum forma 8^{va} duabus editionibus decem millia
 excusa sunt, et proxime ineuntis anni mense Martio quinque millia
 forma 12^{ma} prodibunt. Cuius utriusque editionis pretium itidem
 tam modicum est, ut libra Anglicana Grossos nostros Misricos centum
 et viginti sex aut octo circiter aequante, maioris editionis exemplaria
 tredecim, minoris autem viginti unum emi possint.

Non dubito, Vir maxime Reverende, quin hanc rem maximopere sis
 admiraturus, quandoquidem permulti in ipsa Germania nostra eam
 non satis mirari queunt. Prodierunt quidem per quatuor vel quin-
 que lustra, postquam Deus singularem cognitionis suae lucem in his
 fernis de novo exoriri iussit, tot integrorum Bibliorum Germanicorum,
 separatim quoque novi testamenti, exempla, quot per omnes a Refor-
 matione annos vix produsse adfirmaverim; tam vili autem pretio ul-
 la unquam etate vendita esse, quo nunc quidem venduntur, nemo vel
 audire vel legere meminere. Unde vel pauperrimus servus et ancilla,
 si non integra Biblia, novum tamen testamentum comparare sibi possunt,
 ut adeo hoc institutum ad cognitionem Dei inter Germanos nostros
 promovendam quam accommodatissimum merito habeatur. Excitati
 quoque sunt hoc Consteinii exemplo hic illic nonnulli alii, ut licet
 non eque exiguis, multo tamen viliori quam antea fieri consueverat,
 pretio novi proferim testamenti libros ediderint: nec dubium est, quin
 plures in posterum idem exemplum sint imitaturi.

Eadem fors iam quibusdam aliis institutis nostris, supra descriptis,
 obtigit: Posteaquam enim Deo duce Orphanotropheum hoc loco exstus-
 ximus, scholasque pro pauperibus precipue aperuimus, in diversis Ger-
 mania civitatibus et oppidis hi illi ad imitationem excitati fuerunt.
 Possem huius rei quam plurima exempla adferre, sed libet nunc unius
 tantum atque alterius iniicere mentionem. Augusta Vindelicorum
 quidam pius Ecclesia Minister lectione libelli nostri, Vestigia viventis
adhuc Dei, summo opere excitatus anno 1702 maiorem pauperum
 curam suscipere decrevit. Magistratui igitur hoc negotio maiorem
 in modum commendato, ad rem ipsam adgressurus, exquis admodum



subsidii instructus, diuino tamen nixus auxilio, quatuor homi-
 nes adoptauit, illisque filiorum ^{suorum} præceptorem, quem ex Orphanotro-
 pho nostro acceperat, præfecit, ut illos in rebus ad salutem credi-
 tu et factu necessariis instrueret. Quod consilium Deo ita pla-
 cuit, ut non tantum hiæ quatuor alimenta necessaria procurari
 sed eorum numerem intra unius fere anni spatium ad octoginta
 adauxerit. Suscitauit etiam Deus alium quemdam pium hominem
 qui horum in pauperum usum nouam domum donauit. Qua anno
 1703 mense Decembri ab Gallis Bavarisque urbem oppugnanti-
 bus cum multis aliis domibus in cineres redacta, quamquam paupere-
 dimitti debuissent, paruo tamen elapso tempore istis a diuina prou-
 dentia ita denuo prospectum fuit, ut in ipso belli strepitu non tantu-
 us ipsis nihil defuerit, sed multi etiam ex ciuibus Augustanis et ca-
 ptiuis militibus apud illos solatium et auxilium inuenerint. Postea
 vero, urbe ab hostibus relicta, hoc institutum Augustanum Deo fortuna-
 te adhuc maiora incrementa cepit, et in hunc usque diem floret.
 Eodem anno 1702. Noriberga quoque quidam fidus Ecclesie Christi
 Pastor, amicus noster carissimus, communicato nobiscum consilio pa-
 renum parentum liberos in legendo, scribendo, et necessariis doctrin-
 Christianis capitibus instituendos curare coepit. Selegit nimirum
 Scholarum latinarum Noribergensium abumais adulescentibus nonnullis
 quibus, ab se preparatis, negotium dedit, ut istos liberos in ipsis par-
 tum ipsorum domibus docerent. Adfuit etiam huc usque diuina prou-
 videntia huius viri conatui et multorum Noribergensium ac peri-
 gnorum animos ad eum iuuandum flexit, ut discipulis, qui ab in-
 tio statim trecenti et amplius fuerunt, necessarios libros comen-
 et eorum præceptoribus quinquaginta didactrum soluere potuerint.
 Post illud tempus, anno nimirum 1710 Romo quidam rusticus, qui
 ex vectura vite sibi subsidia comparare consueuerat, postquam ad
 sollicitam sua ipsius salutis rationem habendam diuinitus excitatus
 fuerat, videns adeo multos homines, in summa Dei ignorantia
 versantes, eorum miseria summe esse commotus, iridi et deserta
 iuuentuti, quantum in se foret, Deum cognoscendi occasiones supp-
 ditare statuit. Domum ergo in pago quodam, sex horarum spa-
 tium hinc distito, exstruendi consilium secum agitans, sumptibus re-

cessarius destitutus, cum suo equisque diuenditis ad negotium ipsum se attinxit. Quo in incepto, licet multos haberet discipulos et aduersarios, deitamen auxilio confusus strenue perstitit, domumque tandem in eum statum perduxit, ut nunc viginti orphani eam habitent, qui praeter victum vestitumque ab pio quodam Theologiae Studioso, quem ipsis praepotorem constituit, in timore Domini erudiuntur, donec pueri ad officium addiscendum, puella vero ad ancillandum, dimitti possint. Quemadmodum autem tria haec diuersorum locorum instituta ab auctoribus suis, nullo certo subsidio instructis, ex sola Dei providentia fiducia ad nostrorum imitationem inchoata sunt, et eodem adhuc modo continuantur; (cuiusmodi plura commemorare de industria praetermittimus) ita quam plurima Orphanotrophae proxime elapsis annis in Germania nostra inter utrosque Protestantes, constituta sunt, quae licet certis redditibus gaudeant, nonnulla tamen occasione nostri Orphanotrophi exorta esse, partim ex ipsis publicis relationibus, partim ipsorum auctorum ad nos datis epistolis compenimus. Singulare adhuc Institutum superest pro India Orientali. Memineris, Vir maxime Reuerende, in libello nostro, de huius loci institutis edito, Missionariorum Danicorum, Tranquebaria in littore Coromandi, lino inter Malabares Euangelium Christi docentium, passim fieri mentionem. Huius de missionis ratione, et vis, quae in eius subditum hoc loco institutum, ex relationibus, a plurimum Reuerendo Boehmio in linguam vestram translatis, Tibi forsitan iam plura innotuerunt. Quia vero hoc pro certo scire nequeo, non inique me facturum puto, si praeterea, quae postea, quam illa relationes a nobis publicatae sunt, ex Missionariorum litteris cognouimus, prima huius missionis initia, pauca repetere. Anno 1705. exeunte, viri duo Bartholomaeus Ziegenbalgus et Heinricus Plutschovius uterque Germanus, iussu Regis Daniae, cui a Lutkenio, Theologo primum Berolinensi, deinde Hafnienfi, fautore et amico nostro, iam beato, commendati fuerunt, in Indiam Orientalem missi sunt, ut periculum facerent, an ne quosdam ex gente Malabarica ad Christi agnitionem possent perducere. Mense igitur Iunio anni 1706. salui et incolumes Tranquebariam delati cum ministerium suum auspicerentur, in addiscendas linguas, Malabaricam et Lusitanicam, utramque isti genti usitatam, primum inuicem coeperunt.

Qua de re aliis que ad munus suum spectantibus, eodem ad hunc
 anno ad Ioachimum Langium, tum temporis gymnasiū Frideri-
 cianū, quod Berolini est, Rectorem, nunc Theologia in hac acad-
 mia Professore, nostrumque adeo Collegam coniunctissimum, et
 ad me scripserunt. Illius institutione in dicto gymnasio, mea autē
 in hac academia Fridericiana ambo vsi, et in Orphanotropheo vicē
 eodem tempore fructi fuerant: vnde factum, vt ab utroque nostrum ca-
 silia et opem in officio suo sibi exspectarent. Inter alia de lingua Ma-
 labanica addiscenda difficultate conquirebantur. Adoptauerant ^{sibi} præcep-
 tum Malabanicum, qui vero propter linguarum, quas illi callebant
 ignorantiam non multum potuit ipsis prodesse. Arreptis tamen ab
 quantum lingua Malabánica fundamentis (Lusitanicam iam in
 itinere aliquo modo didicerant) ita inter eos fortē iacta conuenit,
 Ziegenbalgius Malabánica, Plutschouius autem Lusitanica præci-
 puam operam nauaret. Atque Ziegenbalgius libros Malabánicos
 variū argumenti vndique cōemitt, ex eorumque frequentissima lectu-
 re ita profecit, vt intra octo mensium spatium sermones publicos habere
 posset. Deus, cuius natu se in istas terras deuenisse, certissimū
 erant, laboribus eorum talem quoque successum impertiuit, vt non
 multo post ministerii sui initia vnum atque alterum ex Ethnicis
 Christo lucrarentur. Quare illi summopere letati exultatique in in-
 cepto alacriter pergere statuerunt. At vero, quae est communis fide-
 rum Dei seruorum conditio, multa eaque grauissima impedimenta
 sibi obici videbant. Ex parte quidem Indorum hoc maximum
 impedimentum esse narrabant, quod illi de Christianorum religione, quae
 ex plerorumque vita deteriore metirentur, pessime sentirent. Unde
 quos hanc ipsam amplecti velle suspicarentur, omnibus modis ab
 proposito retractum irent, et si quis nihilominus propositum per-
 fuerit, eum omnibus bonis et viuendi facultatibus priuari
 firmabant. Multa maiora autem obstacula sibi ab iis ipsis
 querebantur, qui ex officio Christiano atque ex ipsius Regis Danici
 dato ipsos iuuare deberent. Enim vero haec impedimenta Nos
 nihil morati officio suo omni fide et destentate fungi adhibebantur.
 Cum vero ad edificandum templum, ad erigendas scholas, ad de-
 scribendos libros Malabánicos et Christianos, abique huius generis

instituta externis etiam ad miniculis opus sibi esse monerent, Deus multorum Germanorum, qui litteras Missionariorum a nobis publicatas legerant, animos excitavit, ut in istorum subsidium non modicam pecuniam summam conferrent. Quae ad illos feliciter deportata ad saluberrima instituta usi sunt. Longum foret singula enarrare, quare ea duntaxat pauca, quam fieri potest, adhuc attingam, quae consensu tempore ad nos senserunt. Litteris, quas anno 1707 ad nos dederunt, quosdam sibi ministros dari cupiebant. Hinc anno 1708 exerunte Ioannes Ernestus Grundlerus, Philosophiae Magister, qui in Pedagogio nostro Regio praepositi munere adhuc functus erat, et Ioannes Georgius Boeuvingius qui in academia Haloniensi, quae est in Holsatia, studiis Theologicis vacauerat, postquam Hafniae consuetis ritibus sacro ministerio initiati fuerant, iussu Regis Tranquebariam profecti sunt. Abiit una cum illis quidam Polycarpus Iordanus, Theologiae studiosus, cuius opera in orphanis nostris formandis et inspectandis aliquot annos usi fueramus. Postquam igitur hi tres anno 1709 mense Iulio Tranquebariam peruenierunt, cum duobus illis ad paganos in veritatis viam perducendos, perductosque confirmandos, sese applicuerunt. Anno 1711. mense Septembri ex communi consilio Plutschouius in Daniam profectus est, ut Regi suo uniuersum missionis statum exponeret, cuius post discessum Boeuvingius, nave conscensa, itidem in patriam remigravit. Interim fama de huius Missionis ortu atque progressu in Angliam perlata, Societas de Cognitione Iesu Christi propaganda, quae Londini est, laudatissimo exemplo huius Missionis succurrere decreuit. Quae de re epistola ex Anglia ad ipsos die 4. Ianuarii 1711. scripta, satis superque testatur. Ex qua sequentia, quae ad manus nostras uenerunt, Tecum communicare non abs re fore arduo.

- 23 Si multos in Europa, quibus pietas cordi curaque est, inuenistis admi-
- 23 radores laborumque uestrorum in Oriente ad propagationem Euangeli-
- 23 gelii tendentium, aestimatores, Anglorum certe singularem iniustis
- 23 gratiam, quam primum ipsis progressuum uestrorum typis impressa nar-
- 23 ratio innotuit. Sicut enim uera Seruatoris nostri Ecclesia corpus
- 23 est, multis constans membris, quorum ipse Princeps est et Caput, totam
- 23 corporis structuram, immo unamquamque eiusdem partem solido vigore



animans iugique vinum spiritualium influxu corroborans: sic que
 que unumquodque corporis huius membrum non potest non intime la
 tam, quum totum corpus ad ampliolem mensuram stature Christi ex
 crescere percipit. Neque minus sano pietatis cultor gaudebit, cum
 prehenderit, exsiccata quasi ethnicorum ossa, vitaque et spiritu caelest
 desituta, ad vitam iterum commoueri sanctiori Dei spiritu, pulsique
 fanis superstitionum nebulis ad serenam Euangelii lucem recipiendam
 disponi. Hac de causa Societas de Cognitionis Iesu Christi propagand
ne, in Anglia nomen sortita, non tantum vestrum ad promouendum
 in Oriente Euangelium adprobavit studium, sed et considerando zelum
 quem in prosequendo hoc, quod incepistis, negotio exsensistis hactenus
Membra vos elegit Societatis (vt vocant) Correspondentia, spe freta
 fore vt mutuo eiusmodi litterarum commercio, Christianis moniti
 iunctaque opera opus Domini plus vltra in dies extendi possit —
 Adeo verum est, quod in vestris etiam obseruatis litteris, iuuenilem
 tius etatem ad bonos mores formari, quam senilem; quippe qua diu
 plus iusto mere externa et mortua religionis forma adheret, ad
 rionis veritatis gustum adduci aere se patitur. — Et quoniam So
 cietas hac ex litteris vestris accepit, eadem vos instituisse via, diuersos
 que in Idioma Malabaricum transfudisse Tractatulos, ad verum Chri
 stianismum spectantes, non potest non vna voce et consensu adpro
 bare tam vtile propositum, ac vbeniorem Numinis diuini benedi
 ctionem coeptis vestris adprecari. Diuturno enim rerum usu dep
 hemsum est, adminiculum hoc ad propagandum non fucata pietat
 tis studium summopere in Europa conduxisse.
 Sed cum non sine causa conueramini de sumptibus, in transcribendis
 eiusmodi libros impendendis, optantes, vt ope preli typographici
 omnibusque ad hoc necessariis, difficultates hasce superare tandem
 queatis; memorata modo Societas toto hoc negotio bonis viris
 de meliore commendato, tantum argentum impetrauit, vt non
 prelo solum Latino, omnique ad hoc requisito apparatus, sed et
 per addita quinquaginta Librarum Anglicarum summa subueniret
 vobis potuerit, nihil magis in votis habens, quam vt ii, qui ad hoc
 opus tam liberali contulerunt manu, de beneficio iam collato
 non tantum gaudere queant, sed et ampliolem hinc nanciscantur

casionem bona sibi concessa in communem aliorum, praecipue Ethri-
 conum, usum eo libentius conferendi. Ante autem, quam finem scri-
 bendi faciam, de quarta in Anglia Societate, qua propagando Evan-
 gelio in partibus transmarinis operam navat, vel verbulum adicere
 liceat. Et haec ad similitudinem vestri in Oriente laboris, quam proxime
 accedit. Viros vobis enarrare possem, tam in Ecclesia, quam Politia ad
 gubernacula sedentes, qui honori sibi ducunt, illustri huic religionis
 propagandae operi incumbere. Hinc autem presagire licet, mas-
 gnium emolumentum ad Ecclesias tam Orientales quam Occidentales
 suo tempore esse rediturum, si divina, ut speramus, providentia
 isthaec porro secundaverit incepta — Vos vero, Reverendi Viri,
 serena fronte hanc narratiunculam et ad futurum litterarum com-
 munitatem invitationem accipite. Calcar vobis addant hi quales,
 cumque in Anglia conatus. Es alacrius ad metam vobis propositam
 depropereis, quo plures in eodem stadio currentes deprehendetis.
 Nolite abicere animum, si vel aperta vos vi adgrediatur, vel secre-
 tis machinis insidias struat, communis animarum hostis, qui
 nihil intentatum relinquit, ut Opus Domini in ipsa (quod aiunt)
 herba et primo quasi infantia flore suffocet. Veritas semper victrix
 evadit, etsi vel maxime prematur, opprimi tamen nullo modo potest.
 Sit victoria vestra in humilitate Christi, et catholicus amor patientia
 vos ut clypeo muniat, circumdet, protegat, quo omnia tandem ad-
 versariorum tela frangantur, — Placuit Societati de propa-
 ganda Christi cognitione Ministros Ecclesiae Anglicanae, nimirum Dr.
Lewis, Dr. Anderson et Dr. Watson ad idem litterarum vel corre-
 spondentia (si ita loqui licet) commercium invitare; quorum ille in
 urbe Madras, iste in Bengal, hic autem in urbe Bombay Ecclesia,
 qua Christo ex nostra natione colligitur, praest. Exoptat laudata
 Societas, ut vos, Reverendi Viri, amicitia cum his Anglicanae Na-
 tionis Pastoribus iuncta, ad propagandum in Oriente Evangelium Te-
 utrimque incumbatis; adeoque mutuo auxilio consilioque subuenias
 his vobis inuicem. Id quod Societatis iussu dicitur Ecclesiae Ministris
 significatum est.

Hae litteras cuidam Pincio Tranquebariam perferendas dederunt.
 Fuit hic Theologiae Studiosus nostras, qui in Angliam ad iuventutem



formandam a nobis missur, provincia hac aliquam diu fideliter ministrata, ex dicta Societatis voluntate artem typographicam dixerat, eum in finem, ut typorum, quos Societas in Indiam mittere decreuerat, opere libros Lusitanicos in ipsum Missionarium excudere. Enim vero hic ipse, capta ab Gallis ad Brasiliam naue, multa dum paginam eadmodum statuto pretio per Anglos redempta, iter reliquum ingressus, em obiit. Supellex tamen typographica, charta at reliqua munera, Missionariis destinata (excepto argento, quod furto ablatum fuit) recte in Indiam peruenierunt. Quantam animi alacritatem Missionarii Anglorum conatus ac subsidium addiderunt, epistola anno 1712 ad nos missa verbis pluribus sunt testati. Voluerunt autem vehementer mortem Tineki, cuius in locum ut nos alium typographum cum typographia Malabarica, quippe qua sibi maxime opus esse iam antea significauerant, mitteremus, maiorem in modum rogauerunt. Verum quia Societas Missionariis litterarum commercium cum Anglicana Ecclesia in India Ministris instituendum commendauerat, illi huius desiderio satisfaciendi, succinctam totius instituti sui delineationem ad dictos Ministros miserunt. Cuius delineationis exemplum, ad nos perlatum, huc transcribere placet, ut ita ex ipsis Missionarium verbis de universo negotio tibi eo melius constet.

- » Ordo nexusque salutaris instituti ad propagandam inter Pa-
- » ganos Orientales vitam Christi cognitionem, in primis inter
- » Damulos, vulgo Malabaros dictos, Tranquebaria incepti
- » Totius instituti, quod virtute diuina, iussu serenissimi Regis Danicae
- » hic Tranquebaria gentur, vniuersus scopus hic est, ut viva Iesu Christi
- » cognitio in locis hinc obscuris propagetur, Paganorum animi, si qui
- » verbo Dei obtemperant, ad veram Christianismi praxin adducantur
- » ac saluentur. Ad hanc metam depropinquantem (prout loci ratio
- » statuat) dua diuersae linguae necessariae sunt, Damulica vulgo Malabarica
- » dicta, quae praecipua, et Lusitanica. Totum igitur opus in binas
- » diuiditur coetus, quorum vnus est Ecclesiola (ut ita loqui liceat) cui
- » verbum veritatis annuntiatur lingua Lusitanica. De qualibet
- » pauca seorsim. In Ecclesiola Damulica inueniuntur Baptizandi
- » ptizandi seu Catechumeni et tres Scholae: cum quibus habentur la-
- » bores publici et priuati. Publici labores ii sunt, ut singulis diebus

» Damulica; altera est Ecclesiola, cui euangelicae adnuntiatur lingua

Dominicus dua habeantur conciones, omnibus membris congregatis
 in templo nominato Ierusalem. In concionibus matutinis pericopa
 Evangeliorum Dominicalium simplici ac perspicuo sermone, sine hu-
 mana eloquentia et scientia coloribus, explicantur, ad internam spiri-
 tualem animi culturam et viam praxin applicantur, adhibita sem-
 per cautione, ut recte secetur verbum veritatis. Eadem methodo post
 meridiem catechizatur secundum B. Speneri explicationem tractatur.
 Ante haec articulos fidei et Epistolae Dominicales docendo absolvimus.
 Die sexto cuiusque hebdomadis in dicto loco catechizationes Biblicas
 secundum seriem librorum Novi Testamenti habemus. Privatorum
laborum perfectio in eo vertitur, ut in domo Missionariorum, quam
 habitamus, quotidie cum membris Ecclesiae Damulicae, in duas partes
 divisim, catechizationes instituamus. Sunt enim in coetu nostro incipi-
entes et proficientes.
Incipientes sunt pueri et puella minores in scholis, nec non adulti, qui
 ex idololatria vera Ecclesiae Christi se applicare desiderant, catechum-
 ni dicti: Hi catechizando in doctrina Christiana ac ordine salutis a no-
 bis erudiuntur et instituuntur: Quos si verae Religionis et fidei ele-
 menta didiscendi cupidos ac in agnitione voluntatis Dei, eiusque practi-
 ca observatione se exercentes magis magisque deprehendimus, praemis co-
 ram Ecclesia examine per sanctum baptismum Deo et Ecclesiae im-
 plantandos offerimus.
Proficientes nominantur pueri et puella scholarum maiores nec non
 caetera Ecclesiae membra magis ad επίγνωσιν et agnitionem veritas-
 tis secundum pietatis indolem pertinentia, quibus catechizando sin-
 gulis diebus sancta Apostolorum scripta a nobis explicantur. Sed
 sicut triticum semper paleam habet admixtam, ita non desunt inter
 istos, qui cognitione mere historica de rebus divinis contenti sunt.
 At vero, quia Oratio verum est medium, per quod viva Dei cognitio ac
divina indoles quaeritur et invenitur, ex his quidam sexto die cuiusque
 hebdomadis conveniunt, qua hora animum suum ad Deum elewant,
 et alius post alium, orationi cordis insistent; hac tamen differentia,
 ut viri tum pueri in uno, et mulieres cum puellis in alio, conclavi
 Deum adorent. Omnino autem semper observamus, quod aetas iuveni-
 lis utriusque sexus aetatem senilem et in cognitione veritatis Christi
 et in oratione ad Deum vincat. Deinde privatissimi etiam labores

20 veniunt ad communem catechisationem: ipsi discipuli prima
 20 schola sub inspectione Praeceptoris catechisationem instituunt de
 20 veritatibus divinis, hora matutina ex Missionariorum ore in
 20 catechisatione auditis; ceteri pueni ad questiones respondent.
 20 Id quod puella quoque faciunt. Quotidie horis matutinis et
 20 vespertinis preces ad Deum fundunt, in duos coetus divisi. Sin-
 20 gulis mensibus cum tribus hisce scholis examen instituimus, quo
 20 nos Missionarii singulorum profectus exploramus: interim non
 20 intermittimus quotidianas scholarum visitationes. In his scho-
 20 lis pueni et puella iam numerantur 34. quibus de omnibus ad
 20 vitam necessariis prospicitur. Restat, vt non nihil adiciamus
 20 de modis dispergendi semina verbi divini inter Paganos ipsos, da-
 20 nitate Evangelii destitutos. Primus hic est: Egressi ad coetum Paga-
 20 norum sermonem cum illis conferimus de lapsu generis humani,
 20 de voluntate divina hominibus reuelata, et de via, qua homo in
 20 Mediatore Christo ad vitam renouatur. Alter modus est iste: Paruu-
 20 los nostros educimus in plateas, pagos et domos, interficientibus ad qui-
 20 bus etiam edificatas, atque in eiusmodi locis, concurrentibus Paganis, Ver-
 20 bum Domini dictis paruulis catechetice instillamus, adhibita semper
 20 applicatione ad circumstantes infideles. Accedit tertius modus, ubi
 20 de Christiana doctrina libellos in linguam Damulicam conuersos qua-
 20 cunque occasione dispergimus. Superse demus alios modos, quibus hoc
 20 in negotio utimur, enumerare, quippe qui peculiari libello, duobus
 20 abhinc annis in Europam misso, a nobis inserti sunt. Pauca haec suf-
 20 ficiant monuisse de Ecclesiola Damulica.
 20 Sed et alterius coetus, si licet, Ecclesiola Lusitanica (a lingua ita dicta)
 20 paucissimis mentio facienda est: quae lingua in maritimis ciuitatibus
 20 India Orientalis vsitata est, in quibus Europaonum plantationes,
 20 quas vocant, erectae sunt. In hac Ecclesiola comprehenduntur, vt in
 20 precedenti, Baptizati, Baptizandi et Schola. Et quia hic ordo in plu-
 20 rimis Ecclesia Damulica antea delineata respondet, tantummodo
 20 ea, in quibus discrimen attenditur, recensere. Diebus Dominicali-
 20 bus concio habetur Lusitanica hora 9. finita nempe Damulica.
 20 In qualibet concione iam absolutus articulus fidei circa credenda et a-
 20 genda, qui a meridie in edibus Missionariorum catechizando repetitur,
 20 vt obseruari possit, quam attentos se in audiendo verbo Dei praebuerint



266.
» minores ac adulti; et ad firmandum magis animos in veritate. Die
» quarto cuiusque hebdomadae Catechisationes habentur publica seu
» dum ductum Compendii Theologici a Dno Freylinghufio editi, ad
» usum in linguam Lusitanicam translatis. In priuatis catechisationibus
» qua quotidie in adibus agitis continuantur, Catechismus et Ordo Sa-
» lutis hunc aetate iuuentutem Catechumenis et aliis Ecclesiae huius
» membris tractantur. Catecheta certis horis Catechumenos erudit in
» doctrina pietatis. In schola Lusitanica maiores discunt Compendium
» Theologicum, Explicationem Catechismi, arithmetica et Calligraphi-
» phiam; legunt Novum Testamentum, eiusque dicta sacra memoria
» tradunt. Hi singulis diebus binas horas in schola Damulica linguae
» Damulica addiscenda tribuunt; Minores discunt litteras elementa-
» rias, Catechismum S. Lutheri et Ordinem Salutis. In hac schola pu-
» eri et puella duodecim numerantur, qui etiam, ut 34. priores, cum in-
» qui liberi seruiunt, gratis vestiuntur cibantur et educantur. Ecclesiae
» ministris, praecipientibus, senibus Damulicis aliisque, qui instituti huius
» ministerii praesunt, singulis mensibus datur salarium, ut nihil de
» camer de eleemosynis. In hunc usque diem totum institutum aduer-
» sanctorum conatibus ac machinis in tantas angustias redactum est,
» ut non nisi glorioso Dei auxilio presidioque, quod certissime speramus,
» remedium possit, quo ex hoc persecutionum aestu non tantum elucte-
» mur, sed etiam in postea causam Dei inter Indos Orientales dis-
» uino ardore ac optatissimo successu agamus, Aristoque animas lu-
» cremur. Deus ter Optimus Maximus, qui dedit Filium suum in
» lucem gentium, ut sit salus usque ad extremitatem terre, stabiliat
» sanctum hoc manuum suarum opus, firmet illud contra vim et infi-
» dias aduersariorum, perficiatque ad nominis sui eterni gloriam, et in
» Paganorum eternam salutem. Ab ortu solis usque ad occasum eius
» sit laudatum Nomen Iehouae! Tranquebaria ad littus Coromandellis
» num in India Orientali d. 20. Iun. 1712.

Trinckio autem ex Anglia profecto laudata Societas Nouum
» Testamentum Lusitanicum Amstelodami quam nitidissime excudens
» dum curauit, et anno eodem 1711. exerunte aliquot exemplonem cens-
» ueniar ad Missionarios transmisit, dedit ad eordem denuo humanis
» limis litteris, ita se habentibus:

Reue,

Reuerendi Viri,

267.

20 Speramus, circa hoc tempus Tinckium nostrum, qui elapso mense
21 Aprili ad vos transiturus nauem conscendebat, in India Orientali tam,
22 dem appulisse. Erat is a Societate de propagando Christi Euangelio
23 ad vos missus, ut in gerendo Domini opere manus vobis praeberet auxi-
24 liatrices, et supellectili typographica, qua amicorum sumptibus erat
25 instructus, veritates Christianismi eo expeditius spargeret inter Gentes.
26 Incrementa Scholae et Ecclesiae Malabanae, adcoque totius instituti
27 filiatè coepti scire desideramus vehementer: Digitum enim Dei, ut
28 Christianos omnino decet, non possumus non admirari in tam ar-
29 dui momenti negotio, quod tam in Magna Britannia, quam alijs ter-
30 ris promotores inuenit, qui vltro erogarunt, quae propagando in
31 India Euangelio inferuire possunt. Vltima vestra monita, quae
32 Anglorum plantationes, quas vocant, speciatim respiciunt, altius
33 animis nostris insident, quam ut vllis ea impedimentis elabi nobis
34 patiamur, sperando, remoras, quae quidem in presenti vndique
35 nos circumdant, diuina gratia adspirante suo tempore superentur
36 in; quo ostio sermonis semel aperto, ut Scriptura loquitur, eo libe-
37 riori pede ad gentiles transire liceat, et odorem cognitionis Christi
38 quouis in loco manifestare. Certum est, messem instare multam
39 et ipsi gentiliū animis radium quemdam altioris conuictio-
40 nis in India tam Orientali, quam Occidentali affulgere; labora-
41 mus autem in Europa magna virorum penuria, qui, seriosi
42 toto rerum privatarum respectu et vana Philautias studio Chi-
43 stiana dextenitate opus hoc adgrediendo, non sibi ipsis stipens-
44 dium vel mercedem lucrari intendant, sed Christo animas.
45 Interea optamus, Reuerendi Viri, ut vos opus, cura vestra
46 commissum, omni animi nisu vrgere pergatis, et benefaciendo
47 vos segnes fieri numquam patiamini. Quae intimius fraterno
48 in Christo amore coaluerint corda vestra, eo magis conspicuus red-
49 detur progressus in negotio salutis inter Ethnicos promouendo.
50 Eum in finem primum Christianorum exemplum iugiter vobis
51 ob oculos versetur, quippe in quod ipsi Gentiles olim intiendo sacrum
52 mutui amoris vinculum et intimam animorum coniunctionem
53 in Christianis magnopere mirabantur, et diuina conuictionis
54 aculeos de veritate Religionis Christianae hinc percipiebant. Eadem

23 via et vos insistatis, ut veritas Christianismi non per verba sola
23 sed per practicam in sepe in vita et moribus expressionem Gentiliū
23 se pectori eo altius insinuet: hæc enim felicissima propagandi Chri-
23 sti Evangelium methodus semper fuit. Duplex hinc vobis enaffectus
23 fructus; cum enim in ipso conversionis limine anceps quasi hæreticus
23 homo, et iam circa possibilitatem, iam vero circa necessitatem Chri-
23 stianismi practici varia ipsi suboriantur dubia, ipsa Missionarii vita, doc-
23 trina ad amissim respondens, vividam post se relinquet convictionem, et su-
23 ortor hoc scrupulor ex auditorum animis feliciter eximet. Veterum
23 enim illud dictorium: Cuius vita fulgur est, eius verba sunt tonitrua
23 Missionario itenem itenemque inculcandum esse, versemus. Vita enim
23 bona omnem humana artis ac eruditionis apparatus infirmitas
23 post se relinquit; cum hic, si illa destituatur, hominem inflat, et
23 ad minus Missionarii digne gerendam profus ineptum reddat.
23 Novimus præterea humanam rationem in hoc defectiois statu
23 que languere, ut ad quodlibet periculum ac difficultatem ex-
23 secat, nescia, quo se vertat. Causa est, quia ratio post lapsum a Deo
23 et suavi eius regimine semel avulsa, perpetuis iam in se ipsa agitatur
23 dispendiis, et iam huc, iam illuc vago impetu impellitur. Natura
23 vero fidei, que in propagando Christi Evangelio utramque paginam
23 cit, non ita comparata est. Quando enim imbecillus hominis ratio
23 ingruente periculo, animo deficit, tunc fides in Dei potentiam, cui
23 gratiose est unita, filiali fiducia eo firmius recumbit. Quando
23 obruitur suggestionibus et arguis curis, fides curam suam et soli-
23 tudinem omnem paternam omnipotentis manui committendo, in
23 huius providentia conquiescit. Quando denique sibi relicta ratio
23 de progressu operis, ob imminetia pericula et calamitates, dubitans
23 tunc fides in Christum, variis Dei promissionibus corroborata, vi-
23 ram suam energiam eo efficacius exserit. Simplex enim fides
23 oculus est, et dum ex una parte perversi sæculi mores et dege-
23 nerent naturam corrigere studet, ex altera parte non ex propriis
23 virtutibus (ad bona quoque præstanda conortibus;) sed ex divino pro-
23 missionis verbo vnicuique pendet, et de obstaculis, que com-
23 munit animarum hostis numquam non ingent, post multas de-
23 voratas molestias, tandem triumphat.

Ne itaque animum despondeatis, si variis cum aduersitatibus
luctandum vobis sit; ac Satanar vel ex Paganorum vel Pseudo-
Christianorum grege Euangelii propagationi inimicos susciteb.
Et contra Spiritu potenti corroboretis Vos inuicem, Apostoli exem-
plum sedulo intuentes; hic enim Corinthiis scribit, se Ephesi paullo
diutius esse manserum, adiecta hac ratione; nam ostium, aiti, mihi
aperitum est magnum, et aduersarii multi. Ex quo videre est, Apostoli a-
nimam Aduersariorum multitudine neutiquam fractam fuisse; sed
eo magis incensum, adopus Domini promouendum. In hunc itaque inhe-
renter, animum in quaris aduersitate recolligite, et in tramite, quo loquor
sist, sedulo purgite. Valete in Domino. Londini die 21. Decembr.
1711.

Societatis nomine subscripsit
Henricus Newmann
Secretarius.

Nos Germani interim in comparandam typographiam Malabari-
cam consilia nostra et studia contulimus. Missa erant ex India littora
Malabarica (vulgo Alphabethum) in charta depicta: quibus in chaly-
bem incisit matricibusque inde confectis, ipsos typos fundendos
curauimus. Leo facto symbolum vniuersiticum cum versione La-
tina et Germanica specimen loco heic exhibemus. Deinde vni-
uersam suppellectilem typographicam Ioanni Berlino, Theologiae
Studio, in Orphanotropheo nostro artem typographicam edocto,
et Ioanni Theophilo Adlero, typographo Lipsiensi commisimus.
Vltro sese nobis ad hoc negotium Adlerus offerebat, quod non
sine Dei Numine fieri credebamur, quia hic ipse non tantum artis
typographicae satis peritus erat, sed litteras etiam chalybi inscul-
pere typosque ex aere fundere callebat: cuius sine vtriusque artis ad-
iumento officina typographica diu consistere non potuisset. Die igitur
13. Decembris 1712. hi duo, assumpto in itineris futurique laboris
societatem adolescente, Adleri fratre, in Angliam, et hinc mense Fe-
bruario 1713. in Indiam profecti, Tranquebariam cum rebus omni-
bus die 29. Iunii vt celerrime ita felicissime peruenierunt: vnde pau-
cis abhinc hebdomadibus primitias typographicas accepimus, certiore-
simul facti, quod eo ipso tempore, cum nauis abiit, Nouum Testas

208.
mentum a Ziegenbalgio in linguam Malabanicam, cuius illi
peritissimus esse dicitur, translatum, sub prelo esse coepit.
Narrant etiam Missionariorum epistola de adendis integris
blis Lusitanicis, quoniam speciem usdem inuolutum erat. An
autem, quam hoc ipsa prelo subicietur, fortassis Vetus etiam
Testamentum lingua Malabania exaudetur.

Siximus supra de suscepta a Plutschouio perfectione ex India in
Daniam. Postquam ergo itinere absoluto, salutatis in Anglia
fautibus et amicis, in Daniam anno 1713. inerte redire factus,
regi illud nuntiasset, cuius causa missus fuerat, singularem ipsi
inuit gratiam. In primis autem Regis animus ad Missionarios in
India tuendos, et rebus necessariis iuuantos inter ipsos armorum
strepitus ita singulariter flexus fuit, ut diuina providentia ex hoc ipso
quam maxime eluxerit. Plutschouius deinde mense infero Octo
bri ex Dania ad nos venit, ducto secum adolescente Malabanco, qui
in sacro baptismo nomen Timothei sortitus, et ex India cum ipso
profectus fuerat. Per integrum semestre nobiscum commoratus
nonnullos, quos inter supra nominatus Christianus Benedictus
Michaëler fuit, linguam Malabanicam docuit. Quo in studio ubi illi
tantum profecerant, ut Catechesin Lutkeni ac Matthæi Euangelium
suo Marte interpretari possent, Regis sui iussu cum itinere
suorum socio in Daniam reuertit.

Hæc de isto instituto: que Tibi non minus grata futura confido, quam
que de reliquis memorauimus. Viris, Vir maxime Reuerendis
in America, ipsa paganis, extra Ecclesie Christi communionem
constitutis, abundantissima. Taceris igitur dictis Missionariis
rem gratissimam, si inuito cum ipsis literarum commercio de in
stitutis, que ad conuertendos Americanos vestros inter Vos obtinent,
illis scripsis. Quo in commercio Boehmius noster, et Tibi et illis
libentissime commodabit. De istis institutis autem, ut et nos, pri
ma quaque occasione facias certiores, etiam atque etiam ab Te peto.
Habemus epistolam cuiusdam Crescentii Mathen, Tui, ut credo
agnati, Bostona die 12. Iulii anno 1687. ad Ioannem Leusdenum
Philologum olim Vltraiechi in Belgio celeberrimum, scriptam,
ab Laurentio quodam, amico nostro, Germanice versam, in qua
de

de cuiusdam Ioannis Elliotti (quem non immerito Americanorum
 Apostolum dici affirmat) studiis ad conuertendos Ethnicos, deque quibus-
 dam coetibus, ad Christianam religionem perductis, nonnulla cum volu-
 ptate legimus. Quorum statum hodiernum cognoscere in primis aueo.
 Fortassis Tu ipse, Vir maxime Reuerende, alicuius coetus ex gentibus Ame-
 ricanis collecti, Pastor es, adeoque eo melius hac in re nobis gratificari
 poteris. Non ingrata tamen nobis erunt, quaecumque de Anglicanis etiam
 Ecclesiis, natione talibus, subiungere Tibi placuerit.

Finirem hic narrationem meam, nisi de Academia nostra statu
 quaedam Te ex me scire velle videreris: de quo igitur pauca subiun-
 gam. Ad huius Consultorum quidem, Medicorum et Philosophorum
 ordines quod attinet, non video, qua de istis Theologo Tibi ego Theo-
 logus sinbam. De tota Academia generatim monuisse suffecerit, quod
 omnium in Germania hoc tempore a multis habeatur florentissima.
 In ordine Theologico mecum quatuor alii Professores sunt: D. Ioa-
chimus Iustus Breithauptus Abbas simul Coenobii Borgenfis,
 quod est prope Magdeburgem; D. Paulus Antonius, Ioannes
Heinricus Michaelis et Ioachimus Langius. Nos omnes per di-
 uinam gratiam conuenientissime viuimus, et pro suo quisque gratia mo-
 do opus Domini serio tractamus. Auditores nostros non tantum
 doctos effingere, sed etiam vere pios reddere, adeoque Ecclesiae Christi
 tales Ministros preparare conamur, qui verbum veritatis recte secare
 possint, nec voce tantum, verum exemplo etiam suo greges suos doce-
 ant. Tua in destinatione etsi adhuc variis improborum vexationibus
 expositi fuimus, Deus tamen et patientiam et victoriam semper nobis
 concessit, quam et in posterum concessurum esse confidimus.

Quod reliquum est pro donis, qua Orphanotropheo nostro bis separa-
 tis temporibus misisti (quorum priora quidem, vt initio dixi, resuo
 quo casu, non allata sunt) Tibi Vir maxime Reuerende, gratias ex
 animo ago et hunc adiunctum programmatum a me Editorum fas-
 sciculum, tamquam grati animi qualemcumque testem, mitto. Per-
 suasum Tibi habear velim, me ex eo tempore, quo nobis per litteras
 innotuisti, crebernimam Tui in precibus ad Deum fecisse men-
 tionem, nec vnumquam eam facere destitutum esse. Quod mutuum
 amoris Christiani officium, vt et mihi, collegisque meis, prout libera-



lissime promissisti, porro praestes, etiam atque etiam rogo atque obtestor
 Ita futurum esse credo, ut licet locorum intervallo disiunctissimi
 mus, animi tamen nostri in Deo indies magis magisque coniungan-
 tur, ut tandem in caelesti patria ad gloriam Dei et salutem nostram
 sempiternam de facie etiam invicem nos pernoscamus. Ita fuit Deus
 propter Christum filium suum, communem nostram hospitalem! Amen
 Vale. Collega mei paullo ante nominati, nec non duo isti, quos in Pa-
 storatu habeo, Freylinghusius et Wieglebuis salutem Tibi impert-
 unt. Data ad d. 19. Dec. 1714. Hala Saxonum.

2) nobis incumbunt, ut sunt 1.) visitationes domesticae; 2.) Colloquia
 2) cum membris Ecclesiae secundum uniuscuiusque vel inter-
 2) num animae vel etiam externum corporis statum; 3.) Con-
 2) uersiones ex idiomate Germanico in Damulicum; siquidem
 2) dem iam vnus Theologiam Freylinghusii, alter B. Spens-
 2) Explicationem catechismi in idioma Damulicum transfudit
 2) 4.) Elaborationes quorundam tractatuum, quos in Europam
 2) transmittimus, ad reuelandum magis Nostratibus naturam
 2) et $\theta\chi\epsilon\lambda\omicron\mu\alpha\tau\alpha$ istius Paganismi, ad quem euertendum mi-
 2) sumus: quam ob causam hoc anno duos eiusmodi Tractatus
 2) elaborauimus, quorum vnus agit de Paganismo in genere, al-
 2) de arte Medica inter Malabarios usitata.
 2) Nunc etiam mentio facienda est de fructiferis nostris plantarum
 2) Ecclesiae inter Paganos plantanda, scholas putamus Damulicorum
 2) In prima schola erudiuntur pueri adultiores, qui legunt Nouum
 2) Testamentum et ex eo discunt dicta Biblica, discunt et Theolo-
 2) giam, Historiam veteris Testamenti Biblicam, Arithmeticam
 2) Calligraphiam in Damulico papyro, vulgo Oles dicto. Qualitate
 2) hebdomade corrigendam exhibent meditationum uelam in Scripturis
 2) dicta, quae secundum analogiam fidei explicant et applicant. De
 2) scipuli in hac schola ita preparantur, ut proximis temporibus
 2) huic instituto tamquam Senes, Praeceptores ac Catechetae bonae
 2) cum fructu, ut speramus, inferuire possint. In secunda schola
 2) qua suar habet subdiuisiones, sunt pueri minores diuersorum
 2) profectuum: alii discunt dicta Scripturae et libellum de Ordine
 2) Salutis: alii legunt cantica sacra et discunt catechismum ac
 2) Arithmeticam; alii discunt catechismum sine Explicatione et litteras
 2) elementarias, quas digito etiam arena inscribunt. In tertia schola
 2) continentur puella; quarum aliae legunt Nouum Testamentum
 2) ac historiam Veteris Testamenti Biblicam, discunt compendium
 2) Theologicum et dicta Biblica; aliae discunt Ordinem Salutis
 2) Catechismum et litteras elementarias. Prioribus duabus scho-
 2) lis duo praesunt Praeceptores; puellis uero uidua aliqua pro
 2) ta uita, quae et aliis Ministeris praest, a sequiore sexu commode
 2) expediendis. Hora sexta uespertina duae schola puerorum con-